

# Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

**Avli Gellii Noctivm|| Atticarvm Li-||bri Vndevi||ginti**

**Gellius, Aulus**

**Venetiis, 1515**

Capita Quartidecimi Libri.

[urn:nbn:de:gbv:45:1-724024](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:45:1-724024)

CAPITA QUARTIDE-  
CIMI LIBRI.

- d** *Issertatio Phauorini philosophi aduersus eos, qui Chaldæi appellantur, et ex coetu, motibusq; syderum, & stellarum fata se hominum dicturos pollicentur.* Caput I
- Quemadmodum disseruit Phauorinus consultus à me super officio iudicis.* Caput II
- An æmuli infensiq; inter sese fuerint Xenophon, et Plato.* Caput III
- Quod apte Chrysippus, & graphice imaginem Iustitiæ modulis, coloribusq; uerborum depinxit.* Caput IIII
- Lis, atq; contentio grammaticorum Romæ illustriū enarrata super casu uocatiuo uocabuli, quod est egregius.* Caput V
- Cuiusmodi sint quæ speciem doctrinarum habeant, sed neq; delectent, neq; utilia sint, atq; inibi de uocabulis singularum urbium, regionumq; immutatis.* Caput VI
- Quod M. Varro Cn. Pompeio consuli primum designato commentarium dedit, quem appellauit ipse isagogicum de officio senatus habendi.* Cap. VII
- Quæsitum esse, dissensumq;, an præfectus latinarum causa creatus, ius senatus conuocandi, consulendiq; habeat.* Caput VIII

CAPITA QVINTIDECI-  
MI LIBRI.

q *Vod in Q. Claudij annalibus scriptum est  
lignum alumine oblitum non ardere.*

Caput I.

*Quod Plato in libris, quos de legibus com-  
posuit, largiores, lætioresq; in conuiujs inuitatiun-  
culas vini non inutiles esse existimauerit. Ca. II*

*Quid M. Cicero de particula ista senserit, scripseritq;  
quæ præposita est uerbis aufugio, & aufero, & an  
in uerbo autumo eadem ista hæc præpositio esse uide-  
ri debeat.*

Caput III

*Historia de Ventidio Basso ignobili homine, quem pri-  
mum de Parthis triumphasse memoriæ traditum est.*

Caput IIIII

*Uerbum profligo a' plerisq; dici improprie, in sciteq;.*

Caput V

*In libro M. Ciceronis de gloria secundo manifestum  
erratum in ea parte, in qua scriptum est super He-  
ctore, & Aiace.*

Caput VI

*Observatum esse in senibus, quod annum fere' ætatis ter-  
tium & sexagesimum agant, aut laboribus, aut in-  
teritu, aut clade aliqua insignitum. Atq; inibi su-  
per eadem obseruatione exemplum appositum. Epi-  
stolæ diui Augusti ad Caium filium. Cap. VII*

*Ex oratione Phauorini ueteris oratoris de cœna-  
rum, atq; luxuriæ exprobratione, qua usus est, cum  
legem Liciniam de sumptu minuendo suaserit.*

Q 2